

P. M. II, 289.

h. 56, 8.

A D

VIROS CLARISSIMOS DOCTISSIMOS QVE

# FRIDERICVM PLATNERVM

BACCAL. I V R.

E T

# GEO. THEOPH. BOERNERVM

LIPSIENSIS

# ARTIVM MAGISTROS

RECENS CREATOS

## E P I S T O L A

QVA NOVVM ILLIS HONOREM NOMINE EORVM

QVI DISPVNTANDO SVB PRAESIDIO

VIRI CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI,

CAROLI FERDINANDI HOMMELII D. ET P. P.

SE EXERCENT

## G R A T V L A T V R

E T DE

CONTENTIONE IVRIS CIVILIS CVM NATVRALI

BREVITER DISSERIT

IOSIAS LUDOVICVS ERNESTVS PVITTMANNVS

O STRAVIENS. SAXO.

L L. C.

LIPSIAE. LITERIS FRID. GOTTH. IACOBAEERI.



1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
998  
999  
999  
1000



CLARISSIMI  
DOCTISSINIQVE VIRI,  
AMICI CARISSIMI,



tsi longo iam hinc tempore doctrinam litterarum, quae in Vobis resulget, maximopere sum admiratus, laudauique eam mecum non raro tacitus: incredibiliter tamen animi mei erga Vos affectio et admiratio creuit, posteaquam sermonibus Vestris disputationibusque ut interesse liceret, singularis mihi honor contigit. Sed tanta non eget vlo buccinatore virtus. Satis enim Vestras loquuntur

tur laudes paeclaras, quae edidisti eruditionis monumenta,  
 ex quibus unusquisque intelligere satis abunde potest, mul-  
 tum Vos odisse illud immane eruditorum vulgus, qui omniem  
 ciuilis saientiae laudem in populari quadam illarum rerum,  
 quae corpus magis quam animum paseit, notitia positam  
 esse arbitrantur. De illis loquor, quibus nihil arridet, nisi  
 quo BARTOLVM, et eos, qui Bartolo sunt simillimi, redolet,  
 $\pi\omega\lambda\alpha\chi\alpha\gamma\epsilon\nu$  dicentes antiquitatis, historiae et omnium,  
 sine quibus nemo ad masculam illam penetrare potest  
 iurisprudentiam, artium studio, nihilque praeter  
 VOLKMANVVM docti cantare, et miserabiles illas Ludouicinas  
 iurium confusiones. Sed quid illis irascor? Nonne satis  
 graues dignasque criminis tanto poenas luunt, cum non modo  
 bonarum artium doctrina careant, quae magna poena est,  
 sed etiam earum contemtores vbiique habeantur, et con-  
 temnantur vicissim. Laetentur vero, nec enim inuidemus,  
 Bartolo suo, dummodo nobis Cuiacium, aliosque Alcia-  
 teos extorquere nolint, quibuscum nihil illis commune est.  
 Quanto Vos autem, VIRI CLARISSIMI, rectius, qui ut saepe  
 ex Vobis audiui, ineptissimis bonarum artium contemtori-  
 bus illud subinde acclamare soletis: *Res vestras vobis habe-  
 ris, vestra conditione non utimur.* Multo Vos rectius, in-  
 quam. Bone Deus! quantum Vos antiquitatis tenetis?

quantum

quantum historiarum? Quanta in Vestris disputationibus vis  
quantaque suavitas? Quam polite ornateque saepe Vos diffe-  
rentes audiuiimus, siue meditata, siue subitanea proferretis?  
Quae cum ita sint, possim ne ego, qui Vos tantopere admir-  
or, silentio praetermittere hunc splendidissimum diem, quo  
noui diuque meriti Vobis decernuntur honores? Patiamini,  
quaeso, CLARISSIMI DOCTISSIMI QVE VIRI, vt breuibus  
societatis nostrae, quae disputando sub praefidio excellentissi-  
mi doctoris Hommelii exercetur, cuiusque Vos usque adhuc  
coryphaei fuistis, iussa exsequar. Gratulatur Vobis dignum  
hoc praeclara Vestra eruditione primum grauissimus collegii  
nostrri Praefes, Vir, vti de Macciano D. Fratres praedicant,  
iuris ciuilis anxie diligens. Ego vero non tam Vobis, quam  
ipfis Musis, et bonis litteris gratulor, quae in Vobis nacturae  
sunt, imo iam nactae, defensores atque patronos egregios.

Nunc postquam haec peregi, statim ad ea, quae in titulo  
sum pollicitus, quasi per itineris compendium festinans  
accedo, pauca de contentione legum ciuilium cum naturali-  
bus in medium prolatus, quae Vos, quaeso, aequi et boni  
consulatis.

Solet non raro fieri, vt iuris scripti rigor aequitatem in-  
super habeat, quod ipsum tamen meo iudicio est praestantius

ac longe tutius, quam solam aequitatem ex osculari, scriptum autem verbaque legis contemnere. Dedit quidem longe luculentissimam legem legum sacerdotibus Imperator in l. 13. *C. de sent: et Interl.* *Non exemplis sed legibus iudicandum esse, et veritatem earum iustitia eque vestigia iudices sequi oportere.* At plerique, qui nunc iura reddunt, hoc negligere, et potius illud Horatii: *Quid leges sine moribus vanae proficiunt?* occinere solent. Sane si in villam, in hanc certe legem maxime peccatur. Quotus enim quisque est, qui in iudicando nostris temporibus illud Papiniani obseruet: *facti quidem questionem in arbitrio iudicis esse, reliqua ad legum pertinere auctoritatem?* Malunt Iustinianum imitari, cui semper nimia illa in legibus scrupulositas displicuit. Sed BYNKERSHOECKIVM audi in praef. Obseruat: *Nunquam magis periclitantur opes hominum, quam cum iurisprudentia cerebrina occupauit iudicia, si non ex iure, sed ex arbitrio lubrico et incerto manus conseritur.* Multa quidem aequa videntur, sed decipit frons prima multos, non semper sunt ea, quae videntur, nec sola, ut HORATIVS ait *Satyr. l. 1.3.*

- - - *Natura potest iusto secernere iniquum,*

Nec omnibus idem aequum videtur, idem iniquum. Hinc legibus scriptis opus est. Quod cum dicimus, non omnino rationem

rationem et aequitatem tollimus. Ampla adhuc relinquitur iudici de rebus statuendi potestas, vbi leges deficiunt. Deficiunt autem ob inumeros, qui incidere possunt, casus, quam saepissime. At enim multa sunt, aīs, in iure ciuili, quae iniqua esse omnino fateri cogimur. Esto. Largiamur et concedamus quaedam iure ciuili permitti, quae si nudam illam aequitatem consulas, videri dura et inhumana possint. Sed eiusmodi iniquitates ipsa necessitas suadet, et reipublicae salus. Saepius enim leges, ut declinetur maius incommodeum, aliquid constituunt durius. *Ciceronem audi l. 3. Offic. C. 17.* Aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias, leges, quatenus manu tenere possunt, Philosophi, quatenus ratione et intelligentia. Sic mirandum non est, ius ciuale ac ne ipsum quidem praetorem modica non curare, nec ob res minimas furto ablatas actionem dare. Constitutum iam nobis est probare ac persuadere Vobis, *VIRT CLARISSIMI*, in diiudicandis controuersiis non tam tria illa iuris praecepta, quae adsert *Vlpianus* in *l. 10. D. de iust. et iur.* quam legum decreta obseruanda esse. Neque enim sunt illa praecepta, tam iuris regulae, quam potius artis boni et aequi παραγγέλματα. Non imperant, sed suadent, neque proprie ad ciuilem disciplinam, sed ad naturalem pertinent. Latiora enim illa sunt legum decretis et dictitant potius, quomodo viuere, quam quomodo iudicare

care debeamus. SENECA<sup>M</sup> testem producam, qui *L. 1. de Ira*, pauca practorem, pauca legem, sed longe plura naturam prohibere, his verbis indicat: *Quam angusta innocentia est ad legem bonum esse?* *Quanto latius officii patet, quam iuris regula?* *Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt?* Et *Cic. de Offic. l. 3. C. 17.* Aliud est ius gentium, ait, aliud ciuile, quod ciuile non idem continuo gentium, quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Tamen enim lex non vetet, tamen fortasse vetat fieri pudor, vetat honesti ac virtutis ratio. Ausim vero hoc cuilibet praestare, totum qua patet, ius ciuile numquam dare ius ad laedendum ulli, aut aliquid faciendum contra boni viri officium, permittere tamen duriuscula quedam, sed ita permittere, ut etiam si aliquid insolitum inducat, illico tamen ad virtutem suasiones atque praecepta adiungat, et non raro de his ipsis, quae permittit, amice ac suaviter nos dehorteretur, ac moneat. Iuuat haec exemplis corroborare, quod ita optime fieri poterit, si tria illa sequamur iuris praecepta, et quid contra ea iure ciuili permisum sit, referamus. Primum iuris praeceptum honestatem commendat, vult enim ut honeste vivamus. Hoc ipsum natura suadet, quae nos ita formauit, ut sponte et sine disciplina honestum quale sit, intelligamus, eoque delectemur,

et

et praeclara ac amabili eius specie capiamur. Hinc venit, ut fidem colamus, pietatem, caeterasque virtutes, quarum exigua, ne dicam nulla, ad praetorem cura pertinet. Non enim is honeste viuit, qui id peragit, quod ius ciuile impunitum esse voluit, non is qui id tantum negat se esse factum compendii sui causa, quod non liceat. Huic sane, ut TULLIUS ait *Offic. l. 3. C. 15.*, nec laus magna tribuenda, nec gratia est. Omnia enim quae inhonestā, vtut sint legibus concessa, probo ciui et virtutem amanti, fugienda. Magnum enim inter ciuale ius et virtutis regulas discrimen intercedit, quod satis indicat Vlpianus, cum ait *Ius ciuale neque in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. l. 6. D. de Iusl. et Iur.* Nam eae tantum leges poenis vindicant, quae directo laedunt tranquillitatem, et hominum, ad quam omnia sunt referenda, publicam societatem. Interdum lex minus incommodum anteponit maiori, quod ipsum non omni ex parte cum naturali iure conuenit. Praeclaro id in *Nou. Leonis 83.* usurarum exemplo illustratur, vbi haec addit legislator: *Propter redundantem in humana vita peruersitatem non profuit legis virtus, sed obsuit.* Agit autem de sublatiis usuris, et orta inde pauperum miseria, cum nemo, qui mutuo pecuniam daret, nullo inuitatus praemio aut commodo, inueniretur. Quo effectum est, ut usurae, licet

):(:

iure

iure naturali parum laudatae sint, tamen creditoribus denuo  
 permetterentur, et lex pristina, quae usuras sustulerat, ideo,  
*quod humana natura ad eam sublimitatem non perueniat*, vt  
 eleganter Imperator, abrogaretur. Aliud exemplum, quo  
 demonstrari possit, iure ciuili quaedam permitti, quae turpia  
 natura habentur, a lupanaribus arcessamus. Inter infames  
 referebantur, quae aere mercabiles corporis copiam facerent,  
 et palam pudicitiam prostituerent. Sed licuit nihilo secius,  
 vt ingenuarum euitarentur corruptiones et flupra in nobilium  
 domos ne inferrentur, impune corpus venum habere,  
 professo apud aediles nomine. more inter veteres recepto,  
 qui, vt TACITVS ait *l. II. Ann. C. 85.* Satis poenarum aduersus  
*impudicas in ipsa professione flagitiis credebant.* Licet inde  
 haud obscure colligere inuidiosum fuisse meretricis nomen,  
 ita, vt cautum quoque SCto fuerit, ne quaestum corpore fa-  
 ceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques romanus fuisset,  
 quo de vid. Tacit. c. l. Adstipulatur quoque Labeo in  
*l. 4. §. 3. D. de cond. ob turp. vel ini. cauf.* Turpiter, aiens,  
 facit mulier, *quod sit meretrix, non turpiter accipit, si sit*  
*meretrix.* Pariter de abortu procurando iudicandum est.  
 Per leges impune fuisse abortum facere, vel dupondii sciunt.  
 At caue tamen turpitudinis notam effugisse credas abortum  
 procurantes. Reluctatur OVIDIVS *l. 2. Amor. Eleg. XIV.*

Ipsa

*Ipse perit, ferturque toro resoluta capillos  
Et clamet: MERITO! qui modo cunque vident.*

Ingrauescente tamen hoc criminis sero admodum factum est, ut, quod ante sine poena turpe haberetur, extraordinaria coercitione vindicaretur, nempe temporali exilio *l. 39. D. de Poenis.*

Progradimur ad alterum iuris praeceptum, quod laedere vetat alterum. Ecce et hic aliquid fragilitati indulserunt nostrae leges. Licuisse constat marito occidere deprehensum *in Egypti*, ut est in *l. 23. D. ad leg. Iul. de adult.* adulterum. Quam ob rem? Sane nec iura priuatae vltioni fauent, nec quisquam ipsis sibi ius dicere potest. Indulxit tamen lex iusto illius dolori, cui furor et impetus arma ministrarunt, neque tamen criminis executionem illi mandauit. Permittit enim lex adulterum necare, non imperat. Graue videbatur, hominem, licet turpissimum, necare, et hoc ipsum si factum esset, si non leges, at virtus damnabat. Non optabant id leges, sed improbabant potius, quod vel inde colligas, quia non lieuit veneno necare aut fame adulterum, neque pecuniam ab eo exigere, sed tantum si ira, quae furor est, occisus esset, venia dignum iudicabatur. Dicitur enim illi ignosci in *l. 3. D. ad sc. filian.* Non ignoscimus autem nisi ei, qui peccauit.

):( ):( 2

Similis

Similis ac eadem plane est ratio illius XII. Tabb. legis, quae furem nocturnum occidere permisit, his verbis: *si non furtum faxit, si aliquis occisit, iure caesus esto.* Notum est enim, initio nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem tunc denum, si se telo defenderet, occidi licuisse. Sed durum id videbatur bonis viris, et suadere humanitas, ut vitae hominum parcatur. Hos imitabantur Icti, et ex his PAVLVS in lib. 5. Sent. sub T. 7. Collat. Leg. Mos. et Rom. *Si quis furem, ait, nocturnum, vel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur, sed melius fererit, qui eum comprehensum transmittendum ad Praesidem Magistratibus obtulerit.* Loquitur autem Paulus de lege Cornelia, negatque ea teneri occidentem, probe separans legem a boni viri officio, quod iugulari ciuem ne iure quidem vult, mauult enim commemorare vir bonus, se cum perdere posset, pepercisse, quam cum parcere potuerit, perdidisse, ut ait Cicero pro Quintio.

Sed etiam brutis hoc praeceptum, quod laedere quemquam vetat, nobiscum commune esse, ex Stoicorum sententia dicimus. Brutis? quaeris. Ita. Satisne recte, non dispuo. Sin ICTOS sententiam rogas, nihil est certius. Ius enim naturale est regula naturae et corpori animalium inscripta,

scripta, quae dirigit actiones eorum ad certum finem, qui conseruatio est orbis terrarum. Huic fini quoties repugnant animalia, peccant, non enim tum secundum naturam agunt, sed contra eam. Hinc etiam bruta, licet ratione careant, iuris tamen sunt capacia, ad ius enim recta ratio requiritur imperantis, non obedientis. Inde SENECA Epist. 121. *Sine ulla ait, cogitatione fit, quidquid natura praecepit.* Innascitur sui cura omnibus animalibus, et iubent hoc *τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν*, vt se vitamque tueantur, declinentque ea, quae nocere possunt, anquirant vero, vt Tullius ait, quae necfaria, vt pastum, latibula, alia. Communis est appetitus coniunctionis et cura eorum, quae procreata sunt. Hinc in l. 1. D. de Iust. et Iur. *Ius illud dicitur, non humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, animal quoque commune est.* Videmus enim caetera quoque animalia, feras etiam, illius iuris peritia censeri. Ab eo separatum est ius gentium, quod solis hominibus sed omnibus commune est, et ciuile, quod ciuibus singularum ciuitatum. Nec reluctatur l. 1. D. si quadrup. vbi ita: *Pauperies est damnum sine iniuria facientis datum, nec enim potest animal iniuria fecisse, quod sensu caret.* Verum est, animal non facere iniuriam, tales, qualis vindicatur lege Aquilia,

): ( ) : ( 3

cum

cum dolo aut culpa, sed infert tamen damnum, et a naturae aberrat legibus, quod cum facit, peccat. Et haec est ratio, cur actio de pauperie locum non habeat, nisi si contra natu-ram bestia mota pauperiem fecit, cessat enim, si ob natura-lem feritatem nocuerit. Hinc satis appetet, et de bestiis leges scriptas esse, easque peccare, si contra illas faciant, quod etiam si falsum sit, et a ratione philosophiae hodiernae maxi-me alienum, tamen ita senserunt Stoici, et cum iis Icti, quorum sententiam nunc non defendere, sed exponere ani-mus fuit.

Supereft tertium iuris praeceptum, quod suum cuique tribuendum esse, monet. Sed nec illud simpliciter accipiendū esse ostendit NOODT l. 3. Probab. C. 2. Ita semper tri-buendum est, ait, ne noceatur communi vtilitati, vel ei cui tribuitur, vnde nocitum, si reddatur, depositum reddi de-bere negat SENECA l. 4. de benefic. At etiam hic paullo aliter naturale ius, aliter ciuale, et legum ordo. Ex omni vita, CICERO de Offic. l. 3. C. 15. ait, *simulatio, dissimulatioque tollenda est, ita, nec ut emat melius, nec ut vendat, quis quam simulabit aut dissimulabit vir bonus.* Sed recte hanc ob causam Ciceronem notat GROTIUS lib. 3. C. 1. de I. B. et P.

Crude

*Crude nimis, inquiens, a Cicerone dictum est, ex omni vita simulationem dissimularionemque tollendam esse. Dolus malus  
vbique abesse debet naturali iure, sed non omnis simulatio et  
dissimulatio est dolus malus, licet id afferat apud Cic. de Offic.  
l.3. C.14. AQVILIVS, qui interrogatus, quid esset dolus malus?  
respondit: cum esset aliud actum, aliud simulatum, cui Cicero  
calculum addit, his verbis: hoc quidem luculenter sane, et ab  
homine perito definiendum. Ita et SERVIVS in l. D. de dol. mal.  
definit dolum malum, recte notatus a Labeone, qui in ea-  
dem lege: potest, ait, et sine simularione id agi, ut quis cir-  
cumueniatur, potest et sine dolo malo aliud agi, aliud simulari,  
sicuti faciunt qui per eiusmodi dissimulationem tuentur vel sua  
vel aliena. Licet igitur dolo bono vti nonnunquam, sed  
quod magis, etiam dolo malo, Nec enim ob omnes statim  
minutias laesis in contractibus restitutio datur. Cur autem  
non datur? Nempe ne friuolis controuersiunculis fenestra  
aperiatur, et ut lites potius praecidantur, quam, (quod futu-  
rum est, si de anseris pluma et ouo gallinaceo actio daretur)  
illae augeantur.*

Haec sunt, CLARISSIMI DOCTISSIMI QVE VIRT, quae ego  
parum in scribendo exercitatus, concitato calamo, quoties  
vacatio brevis ab audiendis praelectionibus dabatur, non

tam

AK TK 652

XVI

tam scripsi, quam pinguiter delineauit. Vos, si haec agrestis scribendi ratio Vestram nulla ex parte elegantiam exactare videatur, multumque, si ad Vestram comparetur, subfidat, ac doctrinae PLATNERIANAE et BOERNERIANAE longe inferior sit, condonabitis tamen beneuole, homini, ut dixi, scribendi facultate parum instructo, et qui primum nunc calamum in manus summis, nec aliter scripsit, quam solent occupatissimi. Vos tamen, *Viri clarissimi*, qua potero, sequar, quamuis non passibus aequis, studio tamen et assiduitate a Vobis me vinci non patiar. Stimulos semper praeclera mihi Vesta addet virtus, ut, quod in Vobis me tantopere admirari dixi, ipse quantum mei ingenii mediocritas permiserit, assequar. Caeterum valete, diuque publico bonisque litteris viuite. Certus vates sum, nec me auguria fallunt. Praesagio autem mox ampliora tot labores, quos feliciter supercastis, ita secutura esse praemia, ut breui hyemem ver excipiet. Sic volo! Sic fiat. Valete! Dabam

Lipsiae d. XXV. Februar. A. R. S.

CIOCCLI.



MC.



B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Farbkarte #13
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Inches	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

13. M. II, 289.

h. 56, 8.

A D

VIROS CLARISSIMOS DOCTISSIMOSQVE

# FRIDERICVM PLATNERVM

BACCAL. I V R.

E T

## GEO. THEOPH. BOERNERVM

L I P S I E N S E S

### ARTIVM MAGISTROS

RECENS CREATOS

### E P I S T O L A

QVA NOVVM ILLIS HONOREM NOMINE EORVM

QVI DISPVNTANDO SVB PRAESIDIO

VIRI CONSVLTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI,

CAROLI FERDINANDI HOMMELII D. ET P. P.

S E EXERCENT

G R A T V L A T V R

E T D E

CONTENTIONE IVRIS CIVILIS CVM NATVRALI

BREVITER DISSERIT

I OSIAS LVDOVICVS ERNESTVS PVITTMANNVS

O STRAVIENS, SAXO.

L L. C.

LIPSIÆ. LITERIS FRID. GOTTH. IACOBÆERI.

